Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

hora et nunc est: quando veri adoratores adorabunt
patrem in spiritu et veritate Etenim pater tales quaerit
qui adorent eum Spiritus est deus. et eos qui adorant
eum in spiritu et veritate oportet adorare Dicit ei
mulier Scio quia messias venit. qui dicitur xpus
Cum ergo venerit ille nobis annuntiabit omnia.
Dicit ei iesus Ego sum qui loquor tecum Et continuo
venerunt discipuli eius et mirabantur: quia cum
muliere loquebatur: nemo tamen dixit Quid
quaeris aut quid loqueris cum ea Reliquit ergo
hydriam suam mulier et abiit in ciuitatem: et
dicit illis hominibus Venite et videte hominem
qui dixit mihi omnia quae feci Numquid ipse est
xpus Exierunt de ciuitate et veniebant ad eum.
Interea rogabant eum discipuli eius dicentes Rabbi
manduca Ille autem dixit eis Ego cibum habeo
manducare. quem vos nescitis Dicebant ergo
discipuli ad invicem Numquid aliquis attulit ei
manducare Dicit eis iesus Meus est cibus et
ut faciam voluntatem eius qui misit me: ut per
ficiam opus eius Nonne vos dicitis quod adhuc
quatuor menses sunt et messis venit Ecce di
co vobis Levate oculos vros. et videte regiones
quia albae sunt iam ad messem Et qui metit mer
cedem accipit et congregat fructum in vitam eter
nam: ut et qui seminat simul gaudeat et qui
metit Iam hoc enim est verbum verum: quia alius
est qui seminat: et alius est qui metit Ego
misi vos metere: quod non vos laborastis Alii la
borauerunt. et vos in labores eorum introiisti
Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum